piſ· Quicunqꝫ uerbis uel factis inducit alium cū alias
nō eēt luſurus· Induxit inqꝫ ſiue ī principio ſiue ī me/
dio ludi aut lucratus eſt ab eo cum quo fraudulenter
luſit p falſos teſſeres· iact9 et ſimilia· Et iſti tres mōi
ludēdi ſunt ꝓhibiti· iure etiā diuino ſm Tho· ii· ii· q·
xxxii· ar· vii· Et qlibꝫ hoꝝ triuꝫ tenet̃ reſtituere lucrū
dn̄o pricipali rei male obtēte ſm oēs doctores com
muniter· Aut lucratus eſt ab eo qui lucrantē traxerat
ad ludendū· Et ī iſto caſu dicit ſanct9 Tho· ſic Ille q
amiſit nō eſt dign9 recipere· nec pōt licite retinere vbi
ius poſitiuū ſuat̃ de r̃ſtituēdo· ſ· vn̄ dēt de hoc elemo
ſynā facere· Aut lucratus eſt ab aliquo vbi volūtari9
cū uolūtario ſine fraude luſit perdēte ad ſua hn̄te po
teſtatē alienādi· ⁊ tūc q̄uis ſm tutiorē ⁊ cōiorē opio/
nē debeat lucrū ī elemoſynā pauperib9 dare ⁊ retine
re nō dēat· tn̄ ſm multos famoſos retinere pōt ſine pi
culo aīe· Ad hoc ſunt doctores quoꝝ opionē referūt
tā Monald9 q̄ꝫ Aſtaxan9 ī ſummis ſuis Itē ut uidet̃
ſ· Tho· tā ī· iiii· di· xv· q̄ꝫ· ii· ii· q· ubi s̄ quē ad hoc Aſ·
allegat vbi saltē nō ſeruāt̃ leges aut ꝯſuetudo reſtitue
re nō iubet Itē Allexāder āglic9· Itē· Rich· de me· vil
tenet idē eē veꝝ ⁊ ꝓbabile di· xv· Itē· Jo· ā· ex· de vi
⁊ ho· cle· allegādo roborat eādē opionē· Itē idē fran·
de ꝫab· di· Poſſet inquit defendi q̄ non omnino tene
tur talis pauperibus riſtituere· quia conſuetudo po/
tuit dominū perdētis inocentē tranſferre· Si qs āt tm̄

perdidit q̃ntū eſt lucratus ꝟ plus· an teneat̃ reſtituere
Quidam dicūt ꝙ ſic· alii ꝙ non· De pecunia aũt ſymo
niace accepta· Nota ſm̃ Ray· ⁊· Guil· ꝙ tripliciter cō
tingit hoc· Aut datur pro religione· aut pro beneficio
aut pro ordine· Si pro religione· aut intrauit religio
nem et ſic non poteſt manere in ea ſed ibit ad artiorē
vel ſaltem nō manebit ī eodem monaſterio· ſꝫ intrabit
aliud monaſterium ⁊ illi aſſignabitur illa pecunia ne
ſit ei oneroſus aut remanſit dans in ſeculo aut poſt ī
troitum rediit ad ſeculum uel mortuus eſt tunc nō red
detur ſibi illa pecunia· Sed nunquid monaſterium re
tinebit eaꝫ· Reſ· aut abbas cum collegio fuit conſcius
criminis ſic non remanebit in monaſterio ſed auctori
tate ſuperiorum debꝫ dari pauperibus· Aut ſolus con
ſcius fuit uel aliqui de collegio· Sed non ōnes ſic pe/
cunia manebit apud monaſteriū· illis excluſis ab uſu
pecunie ſi poteſt fieri bono modo· Si aũt ſecundo mō
datur pecunia· ſ· pro bn̄ficio habendo· aut ergo dat̃
pecunia collegio ſeculari ꝓ p̄benda aut priuate pſone
Si collegio ſeculari ⁊ collegiū fuit conſciū criminis ſic
non remanebit eis pecunia. Si aũt ſolū quidā de colle
gio fuerūt conſcii ſic remanebit eis· illis tn̄ q fuerūt cō
ſcii excluſis· Si uero dat̃ priuate pſone pecunia ſymo
niaca· ſ· patrono ꝟ iſtitutori ſic pecuĩa debꝫ ɔuerti ī v
tilitatē illi⁹ bn̄ficii qd emere uoluit ip̄o a bn̄ficio amo
to· Si uero tercio mō dat̃ ꝓ bn̄do ordīe aut ergo ille
q dedit pecuniā nō habebat eccl̃iaſticū bn̄ficiū et tunc
ſic pecunia cōuertit̃ ad utilitatē cathedralis eccl̃e· aut
habebat beneficiū ad cui⁹ titulꝫ gratis ordinari de/
buit ſic pecunia ꝑtim cōuerteret̃ ī utilitatē cathedralis

eccleſie ⁊ partim in vtilitatem ſui beneficii·quia in utri
uſqȝ iniuriam data eſt· Similiter ſi habuit beneficium
vnum et pro altero dedit pecuniam·illa pecunia con
uerti poteſt ad vtilitatem vtriuſqȝ beneficii· ſecundo
redeundo ad propoſitū Fallit ſcilicȝ q̄ res non debet
dari ei cui ſublata eſt quando videlicet non expedit
ei·ut furioſo gladius non eſt dandus·nec pupillo au
rum·ſed tutori uel curatori eius dari debȝ· Tercio·qn̄
incertum eſt cuius res ſit·et tunc facta diligenti inqui/
ſitione ſi dominus non reperitur danda ē pauperib⁹
Quarto quando dominus rei mortuus eſt et tunc dā
dum eſt heredibus·ſaltem tunc di· Guil ·quando ſpo
liatus fecit teſtamentum ⁊ certam ſummam retinuit q̄
voluit eſſe contentus· Si auten mandauit in teſtamen
to diſtribui p executores quicquid ad ipſum ſpecta/
bit de mobilibus ⁊ debitis· tūc facienda eſt reſtitutio
executoribus eius pro rata et liberis eius pro rata et
vxori· de quo et alias vide ſummas· Quinto quando
dominus abſens eſt mittendum eſt ſibi ·⁊ imputet ſibi
q̄ alibi aſportauit· Vnde forte ſecus ē quando dn̄s
ſe abſentauit· vide de hoc quartum caſum ī precedēti
c· Sexto quādo ille cuius res fuit eſt dilapidator·tūc
enim procuratori non domino reſtituendum eſt · Vt
ſi religioſus uel clericus bona monaſterii ul' eccleſie de
derit uel luſerit·reddantur non ſibi ſed eccleſie· Septi/
mo quando quis pecuniam vſurariam vſurario vel
raptam rem raptori uel ſimiliter ⁊ iniuſte abſtulit tūc
enim dicit Vlricus ⁊ pe· pa· Non vſurario uel rapto
ri reſtituere debet·ſed domino vero rei · Et tunc ei a
quo abſtulit iniuſte reſtitucionem factam eſſe debet

per ſe ſiue per alium ſine detectione ſue perſone noti/
ficare·alias eſſet cum damno vſurarij uel raptoris ſi
poſtea reſtitueret prius reſtitutum·

## Capitulum ſextum·

DE mō vero et forma reſtituendi·Notandum eſt
q̄ fieri debet cum tribus circunſtantiis·ſ· carita/
tiue·caute et pure · Primo caritatiue ut videlicet fiat
cum reconciliatione offenſi quia iniurians ſpoliator
vel cōplices eoꝝ ſemper debent humiliter poſtulare
veniam ab his quos offenderunt ne illi maneant in
rancore ſeu mala voluntate domino hec mandante ·
Mat· v· Si offers munus tuum ad altare et recorda/
tus fueris quia frater tuus habet aliquod aduerſum
te·relinque ibi munus tuum et vade reconciliari priꝰ
fratri tuo· Secūdo fiat hoc caute ut ſi offenſa eſt ma/
nifeſta et offenſus tirannus uel mala ſequi de eo poſ
ſent notabilia fiat per interpoſitam perſonam ydone
am· Similiter ſi eſt offenſa occulta fiat per ydoneam
perſonam aut per confeſſorem· Sed queris quid ſi cō
feſſor reſtituendum recipit et nihil reſtituit nunquid
omittens liberatur· Reſ· Bern· clarimōtis ſuper quod
libeto·ii· q·xxvi· Hen·de gan· Talis eſt inmunis regu
lariter non ſolum a peccato ut Hen de gan·dicit· ſed
etiam a debito reſtituendi· Tuꝫ quia quē eccleſia tole/
rat in ſpirituali maiori officio·debet quis committere
in minori de reſtituendo temporalia· Tum etiā ei cui
confidit de anima propria· pōt cōfidere de tēporali
ſubſtantia· Si aūt eſſet confeſſor perſona leuis· ⁊ quā
haberet ſuſpectaꝫ q̄ non reſtitueret fideliter· non eſſet
liberatus tradendo ei nec a peccato·nec a debito· ubi

autem nec perſona leuis creditᷣ nec ſuſpitio habetur ⁊
traditᷣ ei quod reſtituendum ē· ſi nō reſtituat ⁊ tradēs
credat ſicut habet credere ꝙ reſtituit· liberatus ē ſecun
dum deū· quia fecit quod in eo fuit· Si aūt veniret ad
noticiam ſuam ꝙ confeſſor non reſtituerit de quo no
ta infidelitatis non habetur ut premittitur· tunc tenetᷣ
reſtituere· uel procurare ꝙ confeſſor caute reſtitueret·
Tercio fieri debet pure ne ſit ibi palliatio mala ł frau
dulenta· Forma igitur reſtituendi canonica ſecunduꝫ
doctores ē illa· aut habet debitor unde ſoluat aut ſim
pliciter nō habet vnde ſoluat· aut habet vnde ſoluat
ſꝫ hoc non poteſt facere ſine magno periculo ſuo ⁊ ſue
familie· Si pōt bene ſoluat ītegre modis tactis ſupra
Si uero non pōt ſimpliciter· tunc pōt recte agere peni
tentiam licet non reſtituat· dū tamen doleat· et propo
nat reſtituere ꝗꝫ cito poterit· Si āt poteſt· ſed non ſine
magna iactura ſui et ſuoꝝ· tunc ſecundum Ray· ſtude
at confeſſor rectificare voluntatem debitoris ꝙ uelit
reſtituere ad arbitrium boni viri uel confeſſoris et ſic
ſatiſfacere mō ſequenti· Petat igitur debitor remiſſio
nē debiti apud eū cui tenetᷣ ⁊ ſi ille remiſerit libere ſolu
tus eſt· ſi enim ſpoliati miſericorditer totum ł partem
remiſerint dummō debitor ſine fraude petiuerit ⁊ quā
titatē debiti ſi poteſt exprimat pōt debitor remiſſuꝫ
in eccleſiam recipere ⁊ pro debitoribus exorare uel ali
ter beniuolus eē· uel petat dilationem a ſpoliatis uel
aſſignet eis certam partem de redditibus ſuis amica/
biliter de qua eis ſatiſfaciat ſucceſſiue et de hoc faciat
eis bonā cautionem· Si uero ōnes ſibi denegent dila/
tionē ⁊ poſtulēt ꝙ ipe cedat bonis ſuis tūc tenetᷣ hoc

ſine dilatione facere· quia fur et raptor ſemper ſunt in
mora ⁊ ex conſequenti ſemper arguent peccatum· Sēp
igitur debent facere poſſe ſuuȝ ſecundum Guil· etiam
uſqȝ ad venditionē hereditatis et omniū bonorū etiā
ſi oporteat ipſum et familiam ſuam mendicare· Quia
ſecundum Vlricum ſemper facultas reſtituendi adeſt
q̄diu ipſe debitor habet per quod ſatiſfacere poteſt
niſi in extrema neceſſitate ī qua etiaȝ ſine omni culpa
accipit vite neceſſaria· Et hec de forma quando ſcitur
cui reſtituendum eſt· Si autem eſſet vaga reſtitutio id
eſt neſcitur cui res reſtituenda foret tunc in tercio caſu
ſcilicet quando poteſt reſtituere ſed nō ſine magna iac
tura ſui et ſuoꝝ ſm̄ Ray· ſimpliciter et abſqȝ pacto et
conditione debet totum quod habet reſignare in ma
nus epi ul' penitentiarii diſcreti· Et tunc ipſe ſi viderit
eum pauperem et egentem det ſibi ptem l' etiā totuȝ ſi
tantā neceſſitatem uiderit in eo ⁊ ſuis· Et ſi quid reſi/
dui fuerit pauperibus aliis diſtribuat· Et ille qui reſ/
tituere non potuerit ꝓut premittitur elemoſynaȝ reci
pit· oratione et aliis bonis pro dominis quibus reſti
tuere debeat recompenſet ꝓut congruit · Et ſi poſtea
aliqua potuerit lucrari iuxta poſſibilitatem ſuam· ero
get in uſꝰ pauperum ꝓ animabus eoꝝ. Glo· tn̄ Guil·
dicit ꝙ non ē neceſſe ut fiat hmōi reſignatio in manus
penitentiarii· duȝ tamē alias paratus ſit· ad arbitriū
eius uel alterius boni viri ſatiſfacere· Et in omni tali
caſu paupertatis epus qui deſponſator eſt pauperuȝ
dilationem det uel ptem remittat uel etiam totum ꝓ
ut viderit expedire ſicut et alteri pauperi ſemper geſti
endo vt fideliter agat negocium eius cui deberetur

de iure dari ſi ſciretur· quatenus orationes ⁊ opa ſatiſ
factoria fiãt ꝑ eo uł pietatis alia exercitia· imo dicit
glo· Guil de materia decimarum· ꝙ ſi quis ſcienter de
cimas eccleſie multo tempore abſtulerit qui diues eſt
uel potens ſi penitet· põt ei epũs gratis remittere uel i
toto uel in parte· ex quo in poſterum vult ceſſare et ec
cleſiam iuri ſuo reſtituere· quia propter vtilitatẽ illud
facit· Ex premiſſis patet ꝙ tria ſunt genera hominuꝫ
que non ſunt in ſtatu ſalutis quia ficte reſtitutionẽ fa
ciunt· Primo qui reſignãt omnia bona ſua in manus
penitentiarii promittentes ꝙ tantum faciant damnifi
catis ꝙ tenebunt ſe pacatos quia putant ꝙ pro modi
co quitabunt eos quia totum credunt ſe emiſſe Secun
do illi qui ſi uellẽt dimittere ſuperfluas expẽſas poſ
ſent rapta reſtituere· Tercio illi qui non reſignarent in
manus penitentiarii niſi crederent ꝙ penitentiarius re
ſtitueret eis pro toto uel pro parte quando neſcit᷑ cui
facienda eſt reſtitutio· Tales non ſunt in ſtatu ſaluan
dorum quia oportet ꝙ bona fide et ſine fraude faci/
at raptor quicquid põt ut damnificatis ſatiſfaciat ſi
nouit eos aut pauperibus eroget ſi non nouit eos· ali
as nõ eſt abſoluendus a penitentiario ſi conſtiterit ei
de eꝰ ĩpenitẽtia uł praua intentione ⁊c̃· Sꝫ querit᷑ qd
faciendum ſit quando quis dubitat an uel quantũ al
teri teneat᷑· Reſ· Jo· Fribur· ĩ ſuo cõfeſſionali· Quãdo
fit ſatiſfactio ꝑ aliquo dãno dubio uel cuius quan/
titas non eſt certa penitẽs tm̃ offerat ꝗtum probabi
liter putat damnum illatuꝫ fuiſſe· Et tunc dicat ipe ł
media perſona pro eo tm̃ damnũ vobis factuꝫ eſt ut
credit probabiliter homo ille· ſi ſciret plus vobis de

beri ſatiſfaceret. Si ergo minus eſt remittatis reſidu/
um ſi amplius eſt. vos de bona ſua voluntate habea
tis. Sic etiam quando aliqua debita ſunt dubia puta
ſortes tenebatur alicui ex mutuo ul' ex alia cauſa .x. ſo
lidos. Sed dubitat an ſoluerit ei uel non. Conſulo q
ſemper ad voluntatem creditoris uel per arbitriu ſa
tiſfaciat. tunc enī ille in quē cōpromittitur conſidera/
bit orationem et qualitatem dubii et ſecundum q plꝰ
ad vnaz partem q̄ ad aliaz uel ad neutrā plus in ſua
conſciencia declinat ſecundum hoc plus uel minus l'
medietatem dari iubebit. Et ſic de dubio facit certitu
dinem.

Capitulum. vii.

Ultimo preterea videndū eſt per quē poſſit fieri
reſtitutio. Quidam dicunt q debet fieri per epiſ
copum vaga reſtitutio. Et licet ſatis cōmuniter hoc
dicant. Tamen ſanctus Thomas nihil dicit de aucto
ritate epi. Scotꝰ i. iiii. di. xv. dicit. Nō inuenit' inquit
quis neceſſario ſit determinatus mediator in diſtribu
endo iſta pauperibus. Dicit vnus doctor q cōfeſſor
uel aliquis de cuius fidelitate credat. Videtur mihi q
per ſeipſum conſilio tamen alicuiꝰ poteſt illud diſtri
buere pauperibus quia tali mediatori poſſet dare ut
reſtitueret de cuius fidelitate preſumeret et tamen iſte ſi
bi applicaret uel aliis uſibus q̄ deberet. unde ubi lex
diuina uel eccleſiaſtica non ligat perſonam ſequenda
eſt ratio naturalis. Iſta autem dictat q perſona que
tenetur magis reſtituat per ſeipſam q̄ per aliam. licet
non excludendo conſilium boni viri ſed includendo
Hec Scotꝰ. Pe. de pa. dicit q quia preſumebatur olī
q epi melius et fidelius diſpenſarent. Ideo doctores

g x

quidam dixerunt ꝙ per epm̄ fieri deberet. Ubi ergo preſumitur contrarium ſcilicet ꝙ ſibiipſi imburſet ⁊ in malos uſus expendat potius debet diſpenſari per alium. Dominus Guido archidiaconus bonienſis. xiiii. q. i. c. i. probat multipliciter ꝙ ipſe raptor met bona ĩcerta que debentur pauperibus dare pōt ſine licentia epi uel alicuius iudicis. Unde non dubito quin epus nō habet ſe intromittere de talibus niſi in defectu. Ubi autem certa perſona a teſtatore deputata eſſet iſta exequi debet. Archi. etiā li. vi. de teſta. ⁊ Jo. an. in nouella ĩ decretali dicta religioſ9 dicūt. ꝙ vtraqꝫ opinio habꝫ equitatē ⁊ ꝓbꝫ archi. vbi ſupra ſatis clare ꝙ nō pertineat ad epm̄ niſi in defectu alioꝝ. ſ. quando nulli eſſet ꝯmiſſa. Unde concludit ꝙ iſte qui tenetur reſtituere pōt per ſe diſpenſare ł de ꝯſilio diſcreti cōfeſſoris ł alteri ꝯmittere in vita uel p9 mortē. Idē rn̄dꝫ dominus Gy. de mauilla cap. pape et auditor dn̄i portuenſis. Sed queritᷣ quid faciet ꝯfeſſor generaliter loquendo circa raptores alios et aliis debitis ĩuolutos Reſ. Ray. ſecundum ꝙ maior uel minor fuerit violentia. uel fraus. uel dolus. maior uel minor debet eē diſcretio iudicantis Item ubi maior ꝯtritio eſt ibi maior venia. et quia fere totus mundus inuolutus eſt rapinis ſic pro poſſe tuo curre per medium ne nimia ſeueritas uel remiſſio perire faciat quos diſcreta poterat equitas reuocare. Cap. viii.

SEcundo principaliter videndū eſt quō reſtituē de ſunt fame et honores. et reconciliatio offenſi quō ſit facienda. qꝛ recōciliatio q̄dā videtᷣ reſtitutio de quibus dicentᷣ plura videlicet. Cur ſit de his reſti/

tutio facienda· Quis ad hoc teneat᷑·quantū·quō ⁊ qn̄
De primo notandū ꝙ ledere alium in fama indebite·
eſt valde graue·primo quia plus nocet qui aufert fa/
mā q̃ꝫ qui aufert diuitias multas·melius eſt enim no
mē bonum q̃ꝫ diuitie multe· vt dicit᷑ ꝓuer·xxii· Secū/
do diuitie multe ablate pn̄t reſtitui·ſed fama vix ·qꝛ
forte non crederetur illi qui poſt leſionem vellꝫ excuſa
re·pōt etiam iam uerbum eē delatum ad tot· ꝙ quaſi
impoſſibile eſt ad tot deuenire excuſationē· Ideo be/
ne dicit᷑ in gloſa ſup Lucā· Famam eſſe rem lubricaꝫ
quia ſicut aliqua res lubrica de facili effundit᷑ ſꝫ qua
ſi impoſſibile eſt eam recolligi·ita ⁊ fama· Tercio quia
ledens famā alterius·non ſolum illum ledit cui detra/
hit·ſicut fur illum ſolum cui furat᷑ ſed omnes illos co
ram quibus loquitur·ſicut ille qui mouet lutum· ledit
per fetorem omnes coram quibus mouet Vnde Aug·
de verbis domini·peccat in vos frater ſi vobis ſcien
tibus peccat quia q̃ꝫtum in eo eſt vos exemplo cor/
rumpit· Ex quo patet ꝙ audire peccatuꝫ alterius no
ciuum eſt audienti· propter prefata dicit Ambroſius·
Tolerabiliores ſunt fures qui veſtes ⁊ alia bona noſ
tra diripiunt q̃ꝫ fures qui famaꝫ noſtram lacerāt· No
tandum ſecundo ꝙ inter omnia genera leſionum·leſio
que infertur per linguam ut frequenter eſt grauior·pri
mo eniꝫ quidam ſunt qui nocent in rebus vt raptores
et incendiarii· Sed grauius nocent ſagittarii qui infi/
gunt ſagittas in perſonas · Et ſic facit lingua mala q̄
nō ſolū ī rebꝰ·ſꝫ etiā ī pſoā nocꝫ· Ideo dicit᷑· Ihe·vii·
Sagitta vulnerās ligua eoꝝ· Secūdo qꝛ ſunt qdam

qui nocent in perſona per verbera· ſȝ non profundat᷑
interdum leſio uſqȝ ad interiora·ſed non ſic de lingua
immo leſio eius pertingit uſqȝ ad oſſa virtutum·cōfrī
gens eas Eccle·xx viii·Flagelli plaga liuorē facit·pla
ga autem lingue cōminuet oſſa· Tercio quia ſunt aliq̄
nocumenta quibus reſiſti pōt per ſcutum ꝛ huiuſmōi
protectoria·ſed vix inuenitur aliquis adeo armatus
paciencia qui non ſaucietur lingua· Exemplū de Job
qui non fuit motus ad damna rerū uel corporis fla
gellum ꝛ tamen videtur motus a lingua vxoris dicēs
ei· Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es· Eiuſdeȝ
ii·Pſal· Filii hominum dentes eoruȝ arma ꝛ ſagitte ꝛ
lingua eorū gladius acutus quaſi diceret· Sicut iſtis
congregatis nō poteſt reſiſti ita nec lingue male· Cum
igitur iuxta dicta in tractatu pn̄ti·ca·xii· et preceden
tibus iniuſte auferens uel detinens rem temporalem ī
uito domino teneatur ad reſtitutionem ·a fortiori te/
nebitur detractor uel contumelioſus ad reſtitutionem
fame quā detractor occulte ·cōtumelioſus uero aufert
in faciem publice· Quis vero ſatiſfacere teneatur pro
iſto· Notandum ꝙ detractio et receptio fame poteſt
fieri multipliciter·nā fieri pōt ſex modis ut dicit ſan·
Tho·ii·ii·q·lxxii·ar·iii · Primo ſcitum falſum dicen/
do ꝉ ignoranter· Secundo ſcitum malum proximi au
gendo ultra q̄ȝ ſit · Tercio occultuȝ malum reuelando
Quarto bn̄factum in malū interpretando ſeu peruertē
do· Quinto bonum proximi negando· Sexto tacēdo
cū quis audit proximo falſuȝ uel īhoneſtum imponi·
Itē fit leſio fame ꝓximi qn̄qȝ planis uerbis qn̄qȝ arti
ficioſis per cantilēas uel dictaīa qn̄qȝ nutib9 ꝛ ſignis

quandoqꝫ ſcriptis etiam qui appellant᷑ libelli famoſi
vt cum aliquis ſcribit cartam in iniuriam uł in īfamiā
alterius et proiicit eam occulte in eccleſiam uel in pla/
team uel domum ut illa inuenta ⁊ lecta alius infamet᷑
Item ſicut dupliciter recipitur res tpalis inuito domi
no videlicet occulte ⁊ vocatur furtum· et publice tunc
vocatur rapina· Sic fama dupliciter recipitur ꝓxio
videlicet occulte et dicitur detractio que eſt denigra/
tio fame aliene occulte facta· Si aūt manifeſte in faci
em alicuius fit ſic dicitur ↄtumelia et eſt grauius pec/
catum quia plus ibi proximus ↄtemnitur ꝙ̃ in detra
ctione· Omnes qui predictis modis famam proximi
iniuſte ledūt tenent᷑ reſtituere· Unde beat⁹ Aug· ī regu
la· Quicunqꝫ cōuicio uel maledicto uł etiam criminis
obiectu aliquē leſerit meminerit fatiſfactione ꝗ̃to ci
tius curare qđ fecerit· Sup quib⁹ Hūbertus dicit No
tandum inquit ꝙ cōuiciū ꝓut proprie accipitur di/
cit᷑ exprobratio alicui⁹ vilis conditionis que poteſt
eē ſine peccato ſicut cum aliquis vocat᷑ fili⁹ meretricis
et ſimilia· Sic conuiciatus eſt Saul filio ſuo Ionathe
ii· Re· ii· Et filii mulieris ultro recipientis virum· Ma
ledictum vero eſt imprecatio alicuius mali alteri ſicut
faciebat Golias· Dauid de quo dicit᷑· i· Re· xvii· Ma
ledixit Philiſthe⁹ Dauid in diis ſuis· Obiectio uero
criminis eſt impoſitio alicui⁹ facti culpabilis ſicut ac
cidit corā Salomone· iii· Re· iii· litigantib⁹ duab⁹ me
retricibus quarum vna falſe imponebat alii oppreſſio
nem filii ſui· et neganti dicebat· mentiris· Vix autē in
uenitur aliquod genus verborum per qđ litigantes
ſe ledant qđ reduci non poſſit ad aliquod iſtoꝝ· Eſt

ergo ſenſus verborum. Aug. quicunq̧ iudicio vc̄. i. qui
cunq̧ aliquo genere uerbi mali. quia pn̄t omnia mala
reduci ad aliquod iſtorum. leſerit aliquem. quod. ſ. ge
nus leſionis eſt valde graue. meminerit. i. nō obmittat
ſicut faciunt obliuioſi qui ex obliuione obmittunt ſen
tire quod debent. Sūt āt tres vrn̄e boīm inter eos qui
ex ira uel inuidia ꝓximi in fama ledūt uel alias tur/
bant. Quidaʒ enim facile iraſcuntur ⁊ cito veniā petūt
et hi ſunt aqua que cito calefit et cito frigeſcit et hoc
minus malum. Quidam facile iraſcuntur et tardius in
clinantur ad veniam petendam. Hi ſunt ſicut ferrum
ignitum quod tardiꝰ caleſcit et tardiꝰ frigeſcit. ⁊ hoc
peius. Quidam autem ſunt qui nunq̄ volūt veniā pe
tere ⁊ hi ſunt ſicut lapis albeſcon qui accenſꝰ nūq̄ ex/
tinguit᷑. ſicut ait beatꝰ Aug. in li. de ciui. dei. ⁊ hoc peſ
ſimum. Unde Augu. in regula. melior eſt aūt qui q̄uis
ira ſepe temptet᷑ tn̄ impetrare feſtinat ut ſibi dimittat
cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam. q̄ qui tardus iraſcit᷑ et
ad veniam petendam tardius inclinat᷑. Qui aūt nūq̄
vult petere veniam ſine cauſa eſt in monaſterio etiam
ſi inde non proiciatur. Sed queritur vtrum quilibet
homo qui proximum offendit verbo. teneat᷑ ad recō
ciliationem uꝉ venie petitioneʒ. Reſpōdʒ beatꝰ Aug.
in regula ꝙ non. quia prelati ab hoc excuſant᷑ reſpec/
tu ſubditorum niſi quando infamarent male ſubditū
Unde dicit ſic ad prelatos. Quando auteʒ neceſſitas
diſcipline in moribꝰ cohercendis dicere vos dura uer
ba cōpellit. ſi etiam ipſi modum in uos exceſſiſſe ſenti
tis. nō a vobis exigitur ut a ueſtris ſubditis ueniam
poſtuletis. Et cauſam ſubiungit dicens. ne apud eos

quos oportet eſſe ſubiectos dū nimiū ſeruat̃ hūilitas regendi frangatur auctoritas. Quando enim quis ſe humiliat utputa ultra q̃ deceat ſtatum ſuum. nimia eſt iſta humilitas Unde Eccle. xix. eſt iuſtus qui nimium ſe ſubmittit multa humilitate. Et ſic facit prelatꝰ qui propter exceſſum in duro modo loquendi petit veniam a ſubdito ſuo. Verū quia hoc non eſt neceſſitatis. ideo dicit beatꝰ Aug. Nō a nobis exigit̃. Secūdo ergo querit̃ cū hoc poſſit fieri ⁊ nō fieri qd erit melíꝰ. Reſ. Dū. pōt dici ꝙ ſm diuerſas conditiones eoꝝ a quibus petuntur hmōi venie ⁊ aſſiſtentiuꝫ pōt hoc iudicari. Si enim tales ex hoc magis in bonum ꝓficiunt pñt hec fieri. Si aūt inde abutunt̃ in ſuperbiam ut cum quis ex hoc putat ſe minus reum uel prelatuꝫ culpabilem. uel fit audatior ad culpas perpetrandas et ſimilia melius eſt non fiere. Non enim dominus phariſeis ſcandaliſatis in eius dictis uel factis unq̃ ſatiſfecit. Siquidem cum omni regimini annexa debet eſſe auctoritas et ex minoratione eiꝰ multa mala ſequant̃ et per humiliationem nimiam ad ſubditos eneruetur Ideo dicit Auguſtinꝰ. dum nimium ſeruat̃ humilitas regendi frangitur auctoritas.

## Capitulum nonum.

Quãuis ãt dictū ſit ꝙ ledens iiuſte ſeu offendēs debeat petere veniam a leſo. queritur utrū leſus teneatur alteri veniam petenti dimittere. Reſpōdꝫ. ꝙ ſic. Tum primo. quia illi qui non remittit hominibus nec deus dimittit ſua peccata. teſte xpō dicente. Ma. vi. Si non dimiſeritis hominibus. nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Tū ſecundo qꝛ qđ peius

eſt ·dimiſſa niſi dimiſerimus repetit ut patet in exem/
plo· Mat·xviii. de ſeruo cui paterfamilias dimiſerat
x·milia talenta que repetiit·quia non dimiſerat conſer
uo ſuo· Cum tercio·quia quod magis timendum eſt
cū graui pena extorſit tradens eū tortoribus ſicut ibi
dem dicit᷑· Et ſubditur· Sic ⁊ pater meus celeſtis faci
et vobis· ſi non dimiſeritis vnuſquiſqꝫ fratri ſuo de
cordibꝰ veſtris· Queritur ſecundo quibꝰ ex cauſis ve
niat ꝙ non petit veniam a leſo· Reſ·idem ꝙ a tribus
hoc prouenire ſolet· Vna eſt cordis cecitas· Jra enim
obſcurat animum ut non cognoſcat quis interdum ſe
culpam habere ubi habet culpam· Et quia nō cognoſ
cit culpam non petit veniam· Vnde Pſal· Supcecidit
ignis ⁊ non viderunt ſolem veritatis·ſ· Alia eſt ſimu/
lata iuſticia·ut quis dicit nō expedit illi ut ego me ſi/
bi humiliem·quia inde eſſet ſuperbior et ſimilia· Sed
ſi hec ratio bona eſſet·non debuit ſe xp̄us humiliaſſe
quia eius humilitas multis fuit in ruinam· Alia ē ſup
ba duricia cordis·cor autē durū male habebit in no
uiſſimo die· Pſa·ii· Queritur tercio vtrum leſus tene/
at᷑ dimittere offendenti impenitenti ·nec ſatiſfacienti
cū deus cuius miſericordia excedit humanā in īfinitū
nūqꝫ dimittat īpenitēti· Reſ·idē ꝙ ſic qꝫtū ad remiſſi
onē intrinſecā cordis quo ad rancorē ꝟ irā nō rōne il
lius quo impenitēs ·ſꝫ ratione ſui ipſius·ne peccet· Et
ideo nō eſt ſimile quia ip̄e non habet irā hmōi in qua
poſſet eſſe peccatū· Et ſi obicit᷑ Lu·xvii·dicit᷑· Si ſep
cies in die peccauerit frater tuus in te· ⁊ ſepties in die
conuerſus fuerit ad te dicens· penitet me·dimitte illi
ergo · ¶ A contrario ſenſu videtur ꝙ ſi non penitet

non eſt illi dimittendū·quod uidetꝰ dicit glo·interline
aris·d·Ne nimis remiſſa ſit indulgentia· Et glo·mar
giālis·Nō iubemur paſſim peccāti ſed penitentiā agē
ti dimittere. Reſ· Impenitenti peccanti ꝯtra nos non
tenemur peccata dimittere dimiſſione exteriori ·et ſic ī
telligitur glo ·interlinearis·uł non tenemur ī foro pe
nitentiali dimittere· et ſic loquitur glo·margiālis· Et
hec non ſunt contra illa que dicta ſunt de remiſſione
interiori facienda offendenti fratri· Quarto queritur
quid ſit iſta dimiſſio exterior qua dimittit offenſꝰ of
fendenti·nō enī pōt dimittere culpaꝫ offendētis· Iteꝫ
ſatiſfactionē nō dimittit ei qꝛ iſtā ſoluit iam ex quo
ſatiſfecit ei plenarie Reſ·pt dici ꝙ hmōi remiſſio nō ē
aliud ꝙꝫ acceptatio ſatiſfactionis uel indicatio recon
ciliationis uerbo uł facto expreſſa ut cum offenſus of
fendentē flectentē genua eleuat uł dicit dominꝰ pcat
vobis pco uobis uel ſatiſfactū eſt mihi et ſilia· Que
ritꝰ·v·an pꝰ hmōi ſatiſfactionē ł etiā āte facta diſſio
ne ītriſeca licitū ſit ſigna rācoris retinere· Reſ·q̄daꝫ ſig
noꝝ hmōi ſunt ꝓpiq̄ q̄dā remota ꝓpiq̄ q̄ īgerūt no
tabilē ſuſpitionē de rācore·ut cū aliquis nūꝙꝫ uult loq
et toruo vultu eū ſemp reſpicit ⁊ ſilia·et iſta nulli licꝫ
retinere qꝛ ab oī ſpē mala abſtinendū ē ꝑm apł· pria
ad theſ·v· Vn̄ ſicut Eleazarꝰ ⁊ Mathathias abſtinu
erūt a carnibꝰ porcinis ne viderentꝰ ꝯmederē porcinas
⁊ ſic ſcādaliſarentꝰ· Ita nō debꝫ illa ſigna facere p q̄ ꝓ
babiliter creditꝰ eē in odio Signa remota ſunt que nō
ingerunt argumentum de odio·licet odium ſubſequatꝰ
vt ſunt ſubtractio familiaritatis et ſeruiciorū aliquo
rū et ſimilia· Et iſta licet retinere ōnibus dūmodo nō

fiat malo animo·immo īterdum pōt eē meritoriū cū3 ſit propter bonum alteri9· Quod ergo dicitur īterdu3 notatˀ q̄ hoc nō debent facere pfecti· ſi intelligatur q̄ hoc non eſt pfectionis· verū eſt·aliter non videtˀ eſſe veꝝ· Queritˀ vi·vtrum iniuriatus teneatˀ querere recō ciliatione3 īiuriantis ipſo non penitente· Reſpondetˀ regulariter q̄ nō· Vnde beat9 Aug ſuper illum locu3 Si frater tu9 hab3 aliquid aduerſum te·ſic dicit·id eſt ſi tu eum offendiſti nam nos habemus aduerſus eu3 ſi ipe nos leſit· vbi nō eſt opus pgere ad reconciliādū tamen poſſet ad hoc teneri ratione fraterne caritatis ī caſu·ſ·ſi crederetˀ probabiliter q̄ per hoc liberet ani/ mam eius a mortali odio ⁊ non eēt occaſio mali·uel ī aliis hmōi excellens· Si vero Dauid hoc fecit reſpec tu Saul ſi ꝓ·quia·i·re·xxiiii·⁊ xxvi·⁊ ſimiliter quidā ſancti opera fecerunt perfectionis· Queritur·vii·vtrū non precedente reconciliatione teneatˀ aliqs nō ſolum diligere affectu iniuriantem ſed etiā ei benefacere· Reſ q̄ ſic·oēs tā pfecti q̄ꝫ īperfecti·q² illud uerbu3 benefa cite his q vos oderūt·dixit dn̄s nō ſolū diſcipulis in monte· Ma·v·ſ3 etiam turbis ī ſermone in plāo· Lu· vi· Tamē quia p̄cepta affirmatiua nō obligāt niſi in caſu·plures poſſent eſſe caſus in quibus tenetur quis magis benefacere amicis q̄ꝫ inimicis quia forte nō te/ netur inimicis niſi in caſu neceſſitatis·

Sequitur Capi·x·

Quomō aūt ⁊ ſub qua forma exequi debeat ſa/ tiſfactionem ⁊ teneatˀ ille qui leſit alium verbo· docet Humbertus in expoſitione regule·ca ·cxlix·di/ cens q̄ triplex pōt eē hui9 ſatiſfactio·vna ē p verba

vt cum quis petit veniam de offenſa ab offenſo· Sic faciebat Aug· ſcribens. Ihe· dicēs· Obſecro te per mā ſuetudinem Ihū xp̄i ſi leſi te ignoſce mihi· Alia eſt per corporis humiliationez· ſic fecit Semei Dauid cui maledixit· ii· Re· xix· Semei proſtrat9 corā rege dixit ad eum· ne reputes mihi domine ad iniquitatem · neq3 memineris iniuriam ſerui tui · Tercia eſt per obſequia· ſicut Iacob muneribus voluit placare fratrē ſuū· Eſau Ro· xii· Si eſurierit inimicus tu9 ciba illum· ſi ſitit potum da illi· q· d · per hoc placabis eum et redibit amicitia· Sed circa hoc queritᵉ· Primo nūquid tenetᵉ quilibet offendens ad omnes huiuſmodi ſatiſfactiones Reſ· ꝙ non quia ſicut ledens alium in rebus non tenetur niſi ad certam quantitatem rei reſtituende · Ita et offendens verbo nō tenetur ad omnes ſatiſfactiones ſed ad certam ſecundum quantitatem offenſe· S3 ſi offenſus petat nimis· poteſt ſufficere offendenti ſatiſfacere ſecundum arbitrium boni viri· q̄3uis laudabile eſſet plus debito pro pace fratris facere in hoc caſu.

Secundo queritur nunquid prelatus in religione pōt remittere huiuſmodi ſatiſfactionem faciendam ſubdito ſuo pro offenſa ſibi facta· cum de iure naturali eſſe videatur ut ei ſatiſfaciat· in quo modo pōt diſpenſare Reſ· pōt dici ꝙ ſic· ſicut et poteſt remittere debitum pecunie· quia ſicut bona ſibi debita ſunt in poteſtate p̄lati ita 7 pſona ſua· nec relaxat ī hoc ius naturale q2 reputat in hoc caſu ſubdito fieri quod fit prelato ·

Tercio queritur· Eſto ꝙ aliquis offendat alium verbo in ſecreto· et petit offenſus ſatiſfactionem in publico · nunquid tenetur ad huiuſmodi ſatiſfactionem

offendens uel econuerſo offendit aliquis aliquem in
publico vult ſatiſfacere in ſecreto tantum · nunquid
ſufficit ei· Reſponſio ad primum· non tenetur niſi for/
te quod factuȝ fuit in ſecreto publicatum fuiſſet ſicut
fur quod latenter accipit non tenetur publice reſtitue/
re· Ad ſecundum dicendũ ꝙ nõ ſufficit· Et eſt argumẽ
tum ad hoc· Actu·xviii·de Paulo cui publice condẽ/
nato ad carcerem non ſufficit occulte liberari ſed pub
lice· Quarto queritur· aliquis impoſuit culpam alteri
et leſus non vult recipere ſatiſfactionem a ledente ni
ſi dicat ſe mentitum fuiſſe nunquid tenetur ad hoc le/
dens· Reſ· ſi offendẽs ſcit ſe dixiſſe veruȝ nullo modo
debet otrarium dicere nec hoc debet ab eo requiri· Si
aũt ſcit uel credit ſe dixiſſe falſum uel dubiuȝ· ſȝ ꝙ in
conſcientia eſt· reſtituere tenet᷑ quis rem ablatam cum
damno rei ſue· põt tamen dare aliqua alleuiantia cul/
pam ſuam videlicet ꝙ ex animi perturbatione illud
dixit uel ꝙ ita audierat uel credebat tunc licet non re
putet falſuȝ· Ad hoc autem ꝙ dicat ſe mentitum fuiſſe
non tenetur quia per hoc reuelaret ſecretuȝ mentis ſue
peccatum quod ſibi multum noceret et alii nõ prodeſ
ſet quia ita reſtauratur fama alii· per hoc ꝙ recognoſ
cit ſe falſum dixiſſe· ſicut ſi diceret ſe mentitum fuiſſe·
Deinde ſciendum ꝙ ſi aliquis facit quod in ſe eſt pro
habenda pace alterius licet non poſſit habere· ſufficit
hoc ipſi quo ad deum· propter quod dicit· Apoſtolꝰ
Ro·xii· Si fieri poteſt quod in vobis eſt cũ omnibus
hominibꝰ pacẽ habentes· Hec de Hũ· Cap·xi·

Quantũ ãt qs teneat᷑ reſtituer᷑ famã elicit᷑ ex ſan·
Tho·ii·ii·q·lxii·⁊·ex Sco i·iiii·diſtinctione·xv·

ſecundu3 quos. Notandū quod fama cōtingit alicui
recipi quintupliciter. primo ueꝝ crimē ⁊ iuſte aliquod
manifeſtando. ut cū quis maliciā alterius manifeſtat
ei qui corrigere habet. aut ſi eſt incorrigibilis ſecundū
euangeliu3 manifeſtat ī ↄſpectu eccleſie bona intētio/
ne ſc3 ut ↄfuſus a peccato deſiſtat. ꝉ ſaltē ut alii diſce/
dāt ab eius ↄſortio īfectiuo ⁊ corruptiuo. ſeruato tñ
ordine iuris et fraterne correctionis. Vnd̄ ꝭm. Pe. de
tar. in. iiii. di. xxi. quando aliquis ↄfitens non poteſt
ſuū peccatum ſufficienter notificare ſine notificatione
alterius perſone. ut ſi cognouit ſororem ꝉ ſimile. ſi nō
imminet periculum aliquod alteri ex tali notificatio/
ne tunc poteſt notificare. Et Ray. di. Si exprimit ↄfi
tens talem alienam perſonam penitentiario bona in/
tentione q penitentiarius ē pſona q pōt ꝓdeſſe ⁊ nō
obeſſe. non ut ↄfitens ꝓdat ipm peccatorem. ſ3 ut pe
nitentiarius oret ꝓ eo aut ſecreto laboret ad correcti
onē eius. non peccat ſ3 potius meret᷑ Similiter ſi peni
tentiarius īquirat de illa pſona bona fide. ut oret pro
ea aut dirigat eā ī occulto. dūmō nō cogat ↄfitentem
ad hoc dicēdū nō credo di. Ray. ꝙ peccet. Itē ꝭm Au.
qñ quis ſcit de ꝓxio religioſo crimē aliqđ p̄miſſa uni
ca ſecreta oratione ſeu āmonitione ſi ſe nō emendaue
rit reus. pōt bono ſuo prelato manifeſtari. dicit enim
ſic Aug. Anteq̄3 aliis demonſtret᷑ per quos reus conuī
cendus eſt. ſi negauerit prius p̄poſito debet oſtendi ſi
āmonitus neglexerit corrigi ne forte poſſit ſecretiꝰ cor
rectꝰ nō īnoteſcere ceteriſ. ubi Hū. di. Nota ꝙ illā ſecū
dā correctionē quā dominꝰ docet faciendā corā uno
ꝉ duobꝰ. Ma. xviii. hic reſtrīgit ī religioſis q nō ſunt

plene ſui iuris ad prelatuꝫ tāq̄ꝫ ad illū̄ de quo magis pōt preſumi ꝙ poſſit ꝓdeſſe et nō obeē. vn̄ idē Hu. c.lxxxvi. querit vtruꝫ liceat culpam fratris indicare prelato uel fratribus aliquibus uel ī capitulo procla mare publice nō premiſſa ſecreta āmonitiōe. Reſ. Aut peccata ſunt manifeſta et hec quecū̄qꝫ ſunt. ſiue pua ſi ue magna nō requirūt ſecretaꝫ āmonitioneꝫ ſꝫ publice ſunt corrigenda. Vn̄ prime. Thī̄o. v. Peccantē coram oīb9 argue ut et ceteri timoreꝫ habeāt. Glo. peccantes qui manifeſti ſunt. aut ſunt occulta. Et hoꝝ quedam ſunt modica infamiā nō inducētia. ad hec nō oportꝫ āmonitionē precedere ſꝫ ī capitulo pn̄t ꝓclamari. ſiue ſint manifeſta ſiue occulta. Alia ſunt occulta. ſed maio ra que habēt infamiā et uerecundiā. ⁊ hmōi qn̄qꝫ ſunt venialia et quandoqꝫ mortalia ut ī ebriatione et hu/ iuſmōi. Et in iſtis contingit interdū ꝙ credit̄ proba/ biliter ꝙ per ſecretā correctionē prouideat̄ ſaluti deli quētis ⁊ ſtatui ſue religionis. Exēpluꝫ de bono viro pro ſemel inebriato et tunc ſeruandus ē ordo fraterne correctionis ut primo ſecrete āmoneatur. Aliquando vero contingit propter alias circunſtantias ꝙ credit̄ probabiliter ꝙ per huiuſmodi ſecretam ammonitio/ nem non ſufficienter prouideatur ſaluti delinquentis uel ſtatui religionis ſue. et tunc poteſt obmitti ſecreta ammonitio et poteſt ⁊ debet indicari prelato uł alīis bonis qui poſſunt prodeſſe et non obeſſe uel etiā po/ teſt de eorum conſilio fieri proclamatio in capitulo ſi poteſt culpa probari. Aliquando vero contingit ꝙ creditur ꝙ delinquens eſt tante peruerſitatis. ꝙ ſi cor rigeretur ſecreto incurreret odium erga corrigenteꝫ uel

mala machinaret᷑ contra eũ· uel ex hoc dabit operam
ad defendendum uel cooperiendum culpam ſuam· et
tunc non debet fieri quia extreme dementie eſſet nihil
preter odium querere et fruſtra niti· Sed tamen p̃lato
⁊ aliis viris bonis ſecundum modũ predictum eſt in
dicandum· Hec de hũ· Dictum eſt autem notanter·
ſeruato ordine iuris et fraterne correctionis· Unde fu
res et latrones et malefici qui per iura publicantur ut
ceteri timorem habeant peccandi· poſſunt publicari ĩ
infamibus talibus delictis bona et recta intentione·
Similiter ubi ſeruatur ordo debitus fraterne corecti
onis de quo alibi videndum eſt· Et in premiſſis caſi/
bus licet infamatio aliqua ſequatur· tamẽ nihil opor
tet reſtituere Secũdo contingit ꝙ aliquis damnificat
proximum ſuũ in fama et hoc uerum de eo dicendo ſꝫ
modo iniuſto· ut cum aliquis occultum crimen alteriꝰ
prodit contra debitum ordinem· Seu cum uerum cri/
men alterius ſed occultum non ſeruato ordine iuris
contra eum publice proponit· talis ut dicit Sanctus
Tho· tenet᷑ illi dãnifico in fama ſua reſtituere famam
q̃ꝫtum poteſt· Sine mendacio tamen ut ꝙ dicat ſe ma
le dixiſſe uel ꝙ iniuſte eum damnificauerit uł alio ta
li congruo modo· Et ſi non poteſt ſibi famam reſtitu
ere debet ſibi illud damnum ſuum aliter recõpenſare
prout de aliis damnis ſupra dictum eſt· Scotꝰ etiam
dicit ꝙ talis non tenetur retractare verbum ſuum q̃d
propoſuit in publico quia ſic faciendo mentiret᷑· Sed
tenetur alio modo licito famam reddere ut per huiuſ
modi verba non credatis eum talem· Male eniꝫ dixi
et fatue dixi ¶ · Et illud dictum ſuum tunc eſt verum

quia non ſeruato ordine iuris in publico dixit fatue et male in hoc faciendo. Itē dicere poteſt non repute/tis eum eē talem ſʒ bonum quia quilibet preſumēdus eſt bonus donec probet̄ ɔtrarium. Tercio cōtingit ꝙ quis alium infamat uel damnificat in fama iniuſte et hoc falſum crimen ſibi imponendo. ſic ꝙ falſe euʒ corā aliis accuſat de crimine de quo nō eſt reus. talis tene tur ſic reſtituere famam ꝙ verbuʒ ſuum retractet abſo lute apud omnes ad quos per eum ꝑuenit dūmō ſci/at ⁊ poſſit. Debet enī ẜm ſanctum Thomam ⁊ Scotū apud omnes confiteri ſe falſum dixiſſe in hoc de iſto Et hoc facere debet ita publice ſicut ſibi impoſuit. qꝛ alias non ſeruaret iuſticiaʒ in reddendo proximo qđ ſuum eſt. Unde Ray. dicit. Reſtitutio fiet hoc modo ſiue ſcriptis ſiue uerbis quis aliuʒ leſerit in fama uide licet ut ubi publice dixit uerbum uel cantilenam per ſe vel per alium. Vel etiam ubi proiecit libellum famo/ſum necnon etiam in aliis locis ubi ītelligeret illum cō tra quem hec acta ſunt infamatum occaſione dicti ſui facti uł ſigni publici ſimpliciter recognoſcat errorem ſuum et culpam. et pro poſſē remoueat. uel ſaltem al/leuiet ſic infamiam. Addit Hoſti. niſi ex tali publica recognitione ille infamatus plus infamaretur. Guilh. addit. Et ſi audet infamator hoc facere propter potē tiam aduerſarii uel crudelitatem. Tenetur inſuper in/famator cum infamato componere de iniuria. et hu/militer nihilominus veniam poſtulare. in propria q dem perſona ſi audet. ſi nō audet. ſaltem per interpo ſitam perſonam poſtulet tacito nomine. Quarto con/tingit aliquem infamare proximum ſuum. ſic ꝙ non ei

imponit crimen in publico illud de eo aſſerendo ·ſed
murmurat ⁊ incaute ac indiſcrete loquitur uł alicui co
ram pluribus loquitur·et narrat hm̄oi nō tanq̄ certū
ſibi. ſed dicit ſe audiuiſſe·An talis teneatur illi famaꝫ
reſtituere· Reſ Scotꝰ· Rara fides quia multi multa lo
quūtur·et ideo ſic murmurans aut incaute loquens de
alio falſum crimen·ſ·dicendo apud alios forte ille fe
cit hoc· Certe poteſt eē quod fecerit· Aut dicēdo Ego
audiui ꝙ ille fecerit hoc et hoc niſi talis oſtendat ali/
quam certitudinem maiorem q̄ ex relatione·quoniam
non aufert ex natura actus illi in opinione illorū au/
dientium·quia ſi illi firmiter concipiant et credant ex
hoc illum de quo eſt ſermo criminoſum eē leues ſunt·
quia qui cito credit leuis eſt corde·¶ Verumtamen qꝫ
a ſcandalo puſillorū oportꝫ cauere· Iuxta illud Pau
li prime ad Cor·viii· Si eſca ſcandaliſat fratrem meū
non manducabo carnes ineternum·et multi ſunt tales
puſilli leues ad credendum mala · Ideo periculoſum
eſt coram ipſis talia audita ex relatu referre· Et ſi hoc
fiat intentione mala·ſ·animo et intentione ledendi fa
mam illius de quo eſt ſermo tunc non eſt facile excuſa
re quia fit contra caritateꝫ et per oñs peccatuꝫ morta
le· Si autem fiat coram talibus puſillis et leuibus ad
credendū mala·et fiat ex īconſideratione·durū eſt dice
re ꝙ exeat genus peccati venialis·quia lingua in lubri
co poſita eſt· Et qui non oſtendit uerbo hic pfectꝰ ē
vir· Iac·iii· Et dicunt aliqui ꝙ ſi quis ex alicuius tali
relatione notam infamie incurriſſet apud illos apud
quos ſic loquutus eſt tenetur ille ſibi reſtituere famaꝫ
et dicere apud eos ſe falſum in hoc de iſto audiſſe

et minus caute fuiſſe locutũ uel ꝙ ſibi non fuit creden
dũ cum tale contra proximum dixit qm̃ illud ꝓtulit
cõtra bonum proximi de quo nullam certitudinẽ ha/
buit uel alio ↄſimili modo reſtituat proximo famaꝫ
prout melius poterit· Quinto modo contingit quem
dãnificare alium in fama·ſcꝫ veꝝ crimen ſꝫ occultũ ſi/
bi impoſitũ negando·nã eũ qui ſibi crimen ĩponit oſ
tendit in hoc mendacẽ et notat eũ de calũnia·i·de fal/
ſa criminis impoſitione· De iſto dicit Scotus ꝙ ille
ſic negans non tenet̃ retractare negationẽ ſuaꝫ qua ne
gauit in publico uerũ crimen ſibi impoſitum· quia nõ
tenetur in publico ſtatiꝫ quicunqꝫ in iudicio confiteri
ſe reum·non ſtatim conuictus·Tenet̃ tamen per q̃daꝫ
verba ſobria ut dictum fuit in ſecundo mẽbro reſtitu
ere famam illi accuſato quẽ indirecte notauit de calũ
nia·ſ·dicendo nõ habeatis eũ pro calumniatore quia
credo ꝙ habuit intentionem bonam proponendo·ul̃
forte ipſe credidit ſe poſſe probare intentum ſuum·et
deceptus eſt·Ex quibus patet q̃ꝫ periculoſum eſt quẽ
infamia notare· Unde ſup illo·Prouer·xxiiii·Cuꝫ de
tractorib⁹ ne miſcearis dicit glo·hoc ſpecialiter vicio
periclitatur totum genus humanum·

Capitulum·xii·

POſtremo quando reſtitutio fame ſit fienda·Sci
endũ ꝙ ad hoc tenet̃ ledẽs cito faciendūꝫ· quia
ſicut in reſtitutionibus tpalium rerum ꝙ ſi ſine die de
bet̃ ſtatiꝫ debetur·Ita et hic· Unde Eph·iiii·Sol nõ
occidat ſuper iracundiam ueſtram·Et in vitis patrũ·
Abbas Agaton dicit·Nunq̃ꝫ dormiui nec litem habẽ
tem mecum dormire permiſi q̃ꝫtum ad virtuteꝫ meam

pertinuit niſi prius in pace reuerteret᷑ cū eo· Similiter
vbi ſupra· Auguſ· dicit· Quicunq̄ȝ conuicio uł maledic
tiōe uel ex criminis obiectu aliquem leſerit meminerit
ſatiſfactione q̄ȝto citius curare quod fecit· Ubi Hum
bertus ſuper verbo q̄ȝto citius id ē ſine mora quia de
bitum eſt et nō poteſt propria auctoritate prolonga
ri· Satiſfactione inquit curare quod fecit id eſt tali ſa
tiſfactione que ſit curatiua plage illate· de quo plus
eſt curandum q̄ȝ de gratia uel amicitia fratris uł aliis
huiuſmodi· Id etiam veritas· Mar· v· innuit· Si fra/
ter tuus habet aliquid aduerſum te vade prius recon
ciliari fratri tuo et tunc offers munus tuum· Circa qđ
queritur vtrum offendens teneatur ad reconciliandū
fratrem ſtatim anteq̄ȝ accedat ad offerenduȝ domino
in altari aliquid cum hoc videatur dominus manda
re· Reſpondet idem· Aut offenſus eſt abſens aut pre/
ſens Si abſens ſufficit offendenti propoſitum ſatiſfa
ciendi ſine mora cum poterit ſicut in reſtitutionibus·
Nec oportȝ ꝙ vadat ī hoc caſu pedibꝰ· ſed ſufficit ꝙ
animo ſecundum Auguſtinuȝ· Si uero eſt preſens aut
fuit leuis offenſa ita ꝙ creditur non fortiter offenſus
turbatꝰ uel grauis· Si leuis poteſt differri ſatiſfactio
uſq̄ȝ ad tempus moderatum· ¶ Si uero grauis debet
ſine mora ſatiſfieri· tum ratione debiti quod omni die
debetur· tum ratione caritatis fraterne que debȝ dare
operā ꝙ ira fratris nō creſcat· imo ſedet᷑· Hec Hū· ueꝝ
qꝛ beatꝰ Tho· ii· ii· q· lxxiii· ar· ii· dicit ſic· Tenet᷑ aliq̄s
ad reſtitutionē fame ſicut etiā ad reſtitutionē cuiuſli
bȝ rei ſubtracte· eo mō quo ſ̈ dctm̄ ē cū de reſtitutiōe

rerum temporalium·ſ·ageretur· Ideo eadẽ ſunt appli
canda preſentibus prout recta ratio dictauerit·

Capitulum·xiii·

TErciũ principale huius tractatus eſt videre de
reſtitutione fienda circa leſiones corporis· No/
tandum ꝙ damnum corporale eſt quintuplex· Vnuꝫ
eſt vltimũ ſcilicꝫ vite ablatio· Secunduꝫ eſt citra mor
tem et irremediabile et eſt enormis leſio·ut in mutilati
one enormi que impedit ex toto actum aliquem hu/
manũ qui ꝯpeteret hõi ſecundũ iſtã partem amputatã
ut in manꝰ dextre amputatione ubi aufert̃ õnis actꝰ
humanus natus competere ſecundum illam manũ Ter
cium damnum eſt etiam citra mortem et remediabile vł
ſaltem non enorme·i·non impediens actum humanuꝫ
ut amputatio digiti uel alicuius partis digiti· Quar/
tum damnum eſt ut cum quis ſine talibus vulneratur
vel percutitur ꝙ medicorum auxilio indiget et ope/
ras ſuas negligit· Quintum eſt cum quis alium percu
tit·perfundit·uł aliquod hmõi iniuſte facit·iaciendo
incarcerando·uel capiendo·uel ligando· ubi nullaꝫ in
eo habet iuriſdictionem· De primo dicit Sco·ꝙ tripli
citer poteſt ſatiſfacere·primo penam talionis ſuſtinen
do ubi lex ciuilis iſtam ſtatuit·ut·ſ·occidens ĩiuſte oc
cidatur Si aũt talis lex non eſt ſtatuta ubi offendit·
ſibi inferre mortem non licet· Secundus modus eſt qꝛ
expedit occiſori ut exponat vitã ſuam in cauſa iuſta
utpote ꝯtra inimicos eccleſie pro reſtitutione faciẽda
illi cuiꝰ vitã abſtulit· Et ſi nec tantã reſtitutionẽ vult
facere· Terciꝰ modꝰ ẽ quo tenet̃ r̃ſtitutionẽ facere ſpã
lem equiualentem vite quam abſtulit ſicut eſſe poteſt

equiualentia ĩn talib9 videlicȝ in elemoſinas faciẽdo
pro aĩa occiſi·orationes ꝓprias faciẽdo·alienas ora/
tiones procurãdo·peregrinationes ſimiliter ⁊ hmõi·
immo etiã iuſticie publice cui mẽbrũ rationale abſtu/
lit recompenſaȝ faciendo·Hec hoc ſolum ſȝ ſi interfec
tus ſuſtentaret aliquos patrem uel matrem uel propĩ
quos tenet᷑ interfector oĩbus ſimul ad tantam reſtitu
tionem quantã illis abſtulit p ĩterfectionẽ illi9· Et qꝛ
vix aliqs poſſet recõpenſare digne p actiones illꝰ qꝺ
abſtulit homicida· Jõ expediret ſimpliciter aĩe tal' ꝙ
ſoluerȝ p paſſiones uolũtarias l' patiẽter ſuſceptas ut
ſ·occideret᷑ ꝓ hoĩcidio· vñ optime ꝓuidet᷑ talib9 ubi
ſtatuta eſt pẽa talionis Inſup tenet᷑ occiſor placare le
ſos qꝛ illud in õi iiuſta offenſa exigitur·⁊ ĩ iiii ſequẽ
tib9 p dñs leſionib9·De·ii·⁊·iii·leſiõib9 dicit idẽ Sco
·ſ·de enormi ⁊ nõ enormi ⁊ aliis viis multis reducere
ad virtutẽ· Cauſa aũt quare oportȝ ſatiſfacere ꝓ dã
nificatione moris eſt·qꝛ cũ virtutis bona ſint maxĩa
ſm̃ Auguſtinum·primo retractionuȝ· Plus dãnificat
qui in iſtis damnificat ꝙ̃ in quibuſcũqȝ aliis ⁊ p dñs
plus ſecundum iuſticiam tenetur ad reſtituendum ꝓx
imo ꝙ̃tum ſibi poſſibile eſt· Videant igitur in ꝙ̃to pe
riculo ſunt qui iuuenes a propoſito bono ĩtrandi reli
gionem ducunt· Qui etiã aliquos apoſtatare faciunt
profeſſos uel profeſſas· Quiue ſeducunt virgines uel
puellas aut eis occaſionem meretricii miniſtrant· Vñ
Pe de pa in·iiii·di·xv·dicit·Qui alium a religione re
traxit tenetur inducere ad ingreſſuȝ·ul' regreſſuȝ religi
onis·Si autem ille nolit intrare vel redire· tenet᷑ eque
ydoneum procurare·Et ſi non poſſit tenetur pro eo

intrare. Quod fecit magiſter Ray. Cuius ratio eſt q2 ſicut ille qui ordinat domino inuito eius ſeruum ſic ſibi auferendo ſeruitiu3. tenetur dare comparem ſeruũ uel etiam eſtimationem. ymmo etia3 duplum. liiii. di. Si ſeruus. multo magis qui abſtulit deo ſeruum ſuum nouicium uel intraturum. tenetur ſi poteſt recompenſare in ſimili. hec ille pe. Scot9 ubi ſupra ſic dicit Si qs abſtraxit aliquem iam obligatum ad religionem intelligo obligatione profeſſionis tenetur agere ad reſtitutionem. ut ſcilicet iſte redeat ad religionẽ. Sed ſi aliquem diſpoſitum ad intrandũ retraxit ne intraret q2 intereſt inter habere et prope eſſe non tenetur ad tantam reſtitutionem religioni ad quantam ſi fuiſſet in religione. ſed tenetur ad aliqualem reſtitutionem alterius. ſc3 ad aliqualem inductionem alteri9 equiualẽtis ad ingreſſum aliqualiter illi9 religionis. Et hoc ẽ intelligendum ſi illum retraxit intentione damnificandi religionem. Si aũt intentione conſulendi. proprie utilitati ſine fraude. non tenetur religioni. Sed in primo caſu et in ſecundo tenetur perſone quam retraxit ut ĩ pſuaſionibus ⁊ aliis bonis ſpiritualibus ad equiualẽtiam bonis illis in quibus illum retrahendo damnificauit. De ſeducente virginẽ dicitur. Exodi. xxii. Qui ſeducit virginem et dormit cũ ea. dotauit eam. Et habebit eã uxorẽ. aut reddet eidem iuxta modum dotis quã uirgines ſolẽt accipere. Ecce quõ dãnificatio illata uirgini ɔtra caſtitatẽ reqrit reſtitutionẽ ɔiugal' caſtitatꝭ reddẽde ꝓ ea. Et nota ꝙ ꝗuis lex moiſayca nõ liget in nouo teſtamẽto quo ad ꝑcepta iudicialia ſed

quia iudicialia moralibus innitunť· tunc ligat quan
do ſunt ĩ noua lege confirmata uel de nouo p aliquã
cõitatem aſſumpta pro ſtatutis ſicut de adulterio in/
terfectione puniendo etiaꝫ alicubi lex· Et ſic eſt extra
de iniuriis ⁊ damno dato·ca·i·et· v·ſequentibus que
omnia ſumunť· Exodi·xxii·⁊ xxiii· In eccleſia nõ eſt
cõiter ſtatuta pena·niſi pecuniaria·⁊ iſta debꝫ reſpon
dere nõ ſolum de damno quod quis intulit per muti
lationem ꝓ toto tẽpore futuro quo quis vſurꝰ eſſet
mẽbro abſciſo·ſed etiã expenſis appoſitis in curatio/
ne·ut habeť extra de iniu·et dãno dato·Et ultra pla/
cationẽ leſi que regreť ẽt ſi nõ mutilaſſet·Et etiã ꝯſola
tionem ipſiꝰ afflicti·quia perpetua eſt ſibi deſolatio
de tali mutilatione·Plus etiã põderanda eſt mutila/
tio pauperis ꝙ͂ diuitis· ſꝫ quoniaꝫ magis egebat pte
abſciſa ad victum neceſſariuꝫ quia uſus fuiſſet iſta p
te ad procuranda neceſſaria·licet alia parte ſit quedã
conditio preponderans·ſ·perſone dignitas·Sed hoc
parum eſt quo ad primam ꝯſolationem· De quarta
leſione videť optime deus ſatiſfactionem impoſuiſſẽ
Exo·xxi·ubi ſic diciť·Si rixati fuerĩt viri et percuſſit
alter proximum ſuum lapide uel pugno·et ille mortu
us non fuit·ſed iacuerit in lecto· Si ſurrexerit et ambu
lauerit vadens ſuper baculum ſuum· ĩnocens erit qui
percuſſit ſcilicet a mortis pena ſuſtinendo·ita tamẽ ut
operas eius quas·ſ·interim neglexit et ĩpenſas eiꝰ in
medicos reſtituat·Cui pene addatur reconciliatio leſi
ut ş͂·De quinta pena fiat reconciliatio leſi et ſatis fiat
iniurie ꝓut ſapiẽs determinabit de prefatis· v·caſibꝰ
uł iiii·ſanctꝰ Thomas ſic dicit·                Cap·xiiii

QVartũ principale ⁊ ultimũ ē de reſtitutione fien
da quo ad virtutes et res morales q̄ ſunt bona
aīe nō naturalia ſʒ moralia. Bona acquiſita q̄ corrũ/
pũtur l' ſunt bona moralia acquirēda quoꝝ acqſitio
īpeditur p peccata q̄ licʒ ī faciēte ea ſunt adeo volun
taria ꝙ niſi eſſent voluntaria nō eſſent pctā. Et etiaʒ
q̄uis ſola volũtate ꝓpria poſſit qs dānificari ut di.
Aug. de uera religione. Tñ aliquis pōt aliũ dānificare
īdirecte īducēdo eũ ad act9 uicioſos ⁊ ad pctā qbus
virtutes corrũpũt' ⁊ vitia generant'. Iſta ēt inductio
pōt fieri modis ſupra tactis. ſ. iubēdo. ꝯſulēdo. pſua
dēdo ⁊ hortādo ⁊c̄. ſicut ī uerſu. Iuſſio. ꝯſiliũ. ꝯſenſ9
palpo ⁊c̄. Loq̄ndo igit' de reſtitutione taliũ ī genere
d. Sco. Q. p̄fato mō alicui r̄cipiēs bona moralia. tēt'
ſibi mō poſſibili r̄ſtituere dānũ. ſ. īducēdo eũ efficaci/
ter ad penitētiā ⁊ ad act9 uirtuoſos Et ſi ſola īductio
nō ſufficit q2 facil9 ē puertere q̄ ꝯuertere tenet' per ſe
orādo ⁊ p oratioēs alioꝝ ꝓcuratas ī petrar̄ ꝯuerſionē
⁊ p alias pſuaſiōes ⁊ p ſuaſores efficaces. dũ tñ nō ꝓ
dat pctm̄ occultũ iſti9 alteri9. Ex quo pʒ q̄tũ piculũ
ē aliũ ſollicitare ⁊ īducer̄ ī pctm̄ qđ uix pōt reſtituere
cũ uoluntatē iā allectā ad pctā uix poſſit pſuaſiōib9
Et ſunt ſeruāda hodie ſicut iura canoīca nō ut in lege
moiſayca de oīb9 dānis q̄ nec ī ſe nec ī equalēti p̄t fi
eri r̄ſtitutō ut ī mutilatōe mēbri. ſtupro ⁊ hmōi. d. Vl
ī ſumma ibi. ſatiſfiet p recōpēſationē faciēdā ad arbi
triũ boni uiri. Idē Th. ī ſumma. ⁊ ſcripto. Et tm̄ de ꝯ
feſſoꝝ eruditiōe ſub ꝯpēdio dixiſſe ſufficiat. ¶

Explicit manuale ꝯfeſſoꝝ uenerabil' mgr̄i Jo. Nider
ſacre theologie ꝓfeſſoris ordinis predicatorum.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Campb 1288, aber Bl. a2 Z. 2 p̄dicatoꝝ
Cop II 4419



TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
TIFFEN Color Control Patches
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
© The Tiffen Company, 2007
Centimetres
Inches